 tia radicalis נ, aut est ad formam Quiescentium ה.

**ab effluendo**; Psal. 85. 4. cum Nun parago-  
 gico præter morem, ex **מִיחָרָה**, vel potius **מִיחָרָה**:  
 thema est **מִיחָרָה**.

**jaculantes**; Genef. 21. 16. Participium plur.  
 Pihel contractum, tertia radicali ה in ו mutata;  
 pro מְטֻחָם, **טֻחָה**, sicuti dicitur **חָנוּי** fissura &  
 extremitates a **קָצָה**; **חָנוּה** & **קָצָה**

**a descendendo me**; Psal. 30. 4. cum Kametz  
 longo loco Kametz Chatuph; quod indicat appositus  
 accentus Metheg: **Obad. II.** & **Rufi** עֲמֹךְ

**de hereditate tua**. 2. Paral. 20. 11. spe-

**לְרָא** ad timendum; 1. Sam. 18. 29. cum Aphæresi  
 primæ radicalis Jod, pro **לְרָא**; a יְרָא.

**לְרָאָה** ad aspiciendum, Ezech. 28. 17. cum ה pa-

ragogico, & tertia radicali ה mutata in ו; a רְאָה a

**לְתִתְהָ** ad dandum, 1. Reg. 6. 19. cum Nun para-

gogico præter morem, a תִתְהָ, quod a נְתִתְהָ.

## מ

**מְבַכֵּי** adducens, Jer. 19. 15. cum Aphæresi literæ

Aleph a בְּאֵלָה.

**מְבַעֲתָה** perturbans te, 1. Sam. 16. 15. contractum

est pro **מְבַעֲתָה** ex forma מְבַעֲתָה

**מְרִיכּוֹת** cruciantes; Lev. 26. 16. abjecta media ra-

dicali, pro **מְרִיכּוֹת**, פְּרִיכּוֹת deducentes, Zach. 3. 7. accelerandæ pro-

nunciationis gratia cum Sceva ad formam Chaldæ-

cam loco Chirek. Est enim pro **מְחִילִיכִים**: **מְחִילִיכִים** hoc re-

fer 2. Paral. 28. 23. **מְחִילִיכִים** Jerem. 29.

8. & **מְחִצְרִיכִים** 2. Paral. 29. 28. quod etiam cum צ redundantæ scribitur.

**מְזֻעָרָת** vacillans; Proverb. 25. 19. Particip. Benoni

Kal a radice מַעַד cum Surek loco Cholem, & Ka-  
 metz loco Sægol pro **מְזֻעָרָת**, aut **מְזֻעָרָת**.

**מְוֹסֵךְ** circumdatus, Ezech. 41. 7. propter accentum

mae radicalis נ pro מְאַלְפָנוּ Particip. Pihel.

**מְקַלְלוֹנִי** maledixit mibi ; Jer. 15. 10. compositum est ex קָלֵל & ex קָלָה , quod in Hiphil significat ignominia afficere ; enim est loco radicalis ה ; vel potius est forma composita ex Præterito male- dixerunt mibi ; & ex Participio ejusdem Verbi **מְקַלְלוֹנִי** maledixit mibi quisque .

**מְקַנְנַתִּי** nidificans ; Jerem. 22. 22. habet formam compositam ex Præterito Puhal קָנַת , & ex Participio מְקַנְנָת . Rabbi autem Jona Grammaticus nullam formam compositam agnoscit, sed duntaxat crasis vocalium, ut sit in תְּסֻתָּה , תְּסֻתָּה יִשְׁתָּחַת pro יִשְׁתָּחַת .

**מְרַאֲשָׁתִי** a cervicalibus ; 1. Sam. 26. 12. formata habet masculinam, & femininam, a radice רָאשׁ . **כָּרְבָּה** multiplicans , Ezech. 23. 33. sub formativa

Participii est Chirek pro Pathach extra omnem regulam ; est enim Participium Hiphil a רְבָה .

**מִרְרָה** a descendendo ; Genes. 46. 3. Infinitiv. Kal Verbi יַרְרָה cum ה paragogico ; cui similia sunt דְּעָה , לְרָה . Sed haec & alia potius Nominis, quam Verbi infiniti rationem habent .

**מִשְׁתְּחוּטָם** procumbentes ; Ezech. 8. 16. est formæ compositæ a Participio מִשְׁתְּחוּטָם , & a Præterito שָׁחָה a הַשְׁתְּחוּטָם .

ciale est Sceva sub Jod. Quando enim præpositio י Jod Scevato præponitur, tum Dages, tum Sceva Euphonie caussa auferuntur . Alterum observarunt Masorethæ Daniel. 12. 2. : בִּישָׁנִי e dormientibus pro מיישני .

**מְלָאתִי** plena ; Jes. 1. 21. cum Jod paragogico, & Chateph Pathach sub ultima radicali ; cui similia sunt שְׁרָתִי , גְּנֶבֶתִי , רְבָתִי , מְלָכִי , שְׁרָתִי , טְלֵבָאָה ab adeundo ; Amos 6. 14. Infinitivus Kal, qui habet ל , & מ conjunctum ex Chaldaica forma detrahens ; Psal. 101. 5. multiplex hic Anomalia . Primo est Jod paragogicum ; secundo Vau redundans ; tertio Cholem correptum in Kametz Chatuph . Analogice enim dicendum est juxta formam Philosophi : cui aliqua ex parte simile est ?

**מְלֹוֶשֶׁן** : cum Pathach murmurantes ; Exod. 16. 4. cum Pathach & Dages præter morem , loco מְלֹוֶשֶׁן a radice לְוָן .

**מְבָאָץ** irritatur ; Jes. 52. 5. est formæ compositæ ex Puhal , & Hithpahel . Dages enim in Nun denotat literam characteristicam Hithpahel ת abjectam ; Cholem autem , & Kametz repræsentant formam Puhal .

**מְפִתִּית** incitans , Jer. 43. 3. Tzere correptum est in Pathach , & Dages pro מְסִיחָה a radice סִיחָה docens nos ; Job 35. 11. cum Apharesi pri-

sectorum, & abjecto Dages, quasi חַלְלָה, a radice חַלֵּל: huic simile נִחְנָתָ grata es, Jerem. 22. 23. pro נִחְנוֹת.

נִחְמִים *incalescentes*; Jes. 57. 5. Particip. Niphal pro נִחְמִם a radice יְהִם, quasi Jod quiescat in Tzere, ut sit in Hiphil huiusmodi Verborum.

נִכְאָר percussi sunt; Job. 30. 8. cum Epenthesi א, pro נִכְאָר, a radice נֶכֶּה. Potest etiam esse a פְּאָר, quasi afflictissimi sunt; & Dages in נ erit euphonium; cum in primo themate sit characteristicum.

נִסְבָּה circumdata. 1. Paral. 10. 15. cum Chirek in medio pro Pathach. Est enim loco נִסְבָּה.

נִסְחָה attolle; Psal. 4. 7. Imperativ. Verbi נִשְׁחַת, נ mutato in ח, & ש in ס, pro נִשְׁחָה, quod legitur Psal. 10. 12. & hoc rursus pro נִשְׁחָה.

נִעְשָׂה excitatus fuit; Zach. 2. 13. Præter. Niphal cum Tzere loco Kametz; a radice עָשָׂר.

נִפְלָאת admirabile fuit; Psal. 118. 23. est contrarium in ת, pro נִפְלָאת: hinc 1. Sam. 1. 26. legitur נִפְלָאת cum duplice nota generis feminini augendas significationis gratia; sed altera in ת mutata; a פְּלָא.

נִפְצָר dispersi estis; Ezech. 11. 17. cum duplice Cholem pro נִפְצָרָת a radice פְּצָר: huic simile ibidem 20. 43. נִקְטוֹתָם fastidio eritis.

נִזְמָן acquiescamus; Genef. 34. 15. speciale est cum Cholem a radice יִתְחַזֵּן; & sic ibidem 23. legitur cum ה paragogico נִזְמָן; & 22. יִאֱתֹה.

נִזְרָר maledicti; Mal. 3. 9. Participium Niphal cum Tzere dilatanda pronunciationis causa; pro נִזְרָר a radice אֲרָר.

נִזְנָל contaminati sunt; Thren. 4. 14. formam habet compositam ex Niphal, & Puhal; ג enim est ex forma Niphal; reliqua ex Puhal; a נִזְנָל.

נִגְלָה revelare se; 1. Sam. 2. 27. Infinit. Niphal cum Nun characteristico Præteriti; pro חַגְלָה: hic pertinet נִקְרָא 2. Sam. 1. 6. quod est etiam cum נ loco ח; & נִגְלָות ibidem 6. 20.

נִגְנָה cedendo; Judic. 20. 39. Infinit. Niphal pro נִגְנָה; a נִגְנָה.

נִגְרָד editi sunt; 1. Paral. 3. 5. est formæ compositæ ex Niphal, & Puhal, quasi ex ג, ו, יְלִדוֹ, & יְלִרְךָ.

נִסְרָרוֹ erudiantur; Ezech. 23. 48. Præter. Hithpahel assumpta litera ג ex Niphal pro ה, & elisa litera characteristica ת; pro חַתּוֹפָרוֹ a פְּסָרָה.

נִחְלָת profanata es; Ezech. 22. 16. ad formam per fe.

נְשָׁתָּה obſupfemus; Jes. 41. 23. Futur. Hithpa-  
helcum Kametz in fine præter morem pro נְשָׁתָּה.

כ

ע

עַלְפָה laffus; Ezech. 31. 15. Participium Pahul  
cum ה paragogico præcedente Sægol pro Kametz.  
עַגְלָה consilium inite; Elsa. 8. 11. Imperat. Kal Ver-  
bi cum Surek loco Sceva.

עֲשִׂוָתָם feci eos; Genes. 6. 7. cum defectu Jod pro  
עֲשִׂיתָם.

עֲשִׂיתָם fecistis; Ezech. 33. 26. cum Nun loco  
Mem, pro עֲשִׂיתָם generis masculini.

עַשְׂתָה fecit; Lev. 25. 21. est formæ contractæ in  
ה pro עַשְׂתָה; cui simile קְרָאתָה etiam cum Epentheſi נ, aut ad formam Quiescentium נ.

ב

בָּ

פְּרַת fructificans, Genes. 49. 22. cum ב loco ה.  
פְּרַתים & פְּרַתִים Simplices a singul. פְּרַת.

צ

צְבָא militia ejus, Jes. 29. 7. cum Aphæſi נ,  
pro צְבָא נָה; ad formam Quiescentium ה.

עַמְרָתָנִי

נְקַבְצָנָה congregate vos; Joel. 3. 11. Imperat. Niphal  
cum Nun characteristico Præter. pro קְבָצָנָה.

נְקַטָּה fastidit; Job 10. 1. cum Sceva accelerandæ  
pronunciationis cauſa; pro נְקַטָּה, a קוֹט.

נְרָאָה visus; Num. 14. 14. Particip. cum Kametz loco  
Sægol. Non enim potest esse tertia persona Præter. pro-  
pter adjunctum Pronomen secundæ personæ; a רָאָה.

נְשָׁאָן exigentes: Nehem. 5. 7. cum Epentheſi נ  
pro ב נְשָׁבָה a נְשָׁבָה.

נְשָׁדָן vaſtati ſumus; Mich. 2. 4. cum Kibbutz lo-  
co Cholem. Est enim pro נְשָׁדָן. Quidam autem  
volunt נְשָׁדָן quasi idem ac נְשָׁדָן  
vaſtati ſunt a nobis; ſed hoc ſenſu incongruum; a שְׁדָן.

נְשָׁוָא tulerunt; Psal. 139. 20. cum נ paragogico;  
ſeu potius metathesi Vau, & Aleph. Eſt enim pro  
נְשָׁוָא, & ad formam Quiescentium נְשָׁוָא.

נְשָׁוֵי levatus; Psal. 32. 1. Participium Pahul ad  
formam Quiescentium ה pro נְשָׁוָא.

נְשָׁנִי oblivisci fecit me; Genes. 41. 51. pro  
נְשָׁנִי Præterit. Pihel a נְשָׁנִי.

נְשָׁתָה equalis eſt; Proverb. 27. 15. formam habet  
compositam ex Niphal, & Hithpahel. Ex Niphal e-  
nim affumptum eſt ג: prius autem Kametz eſt Eu-  
phoniz cauſa pro Pathach & Dages: dicendum e-  
nim erat נְשָׁתָה.

נְשָׁתָה

ת

**רָאַת** videre, Psal. 142. 5. definit in Tzere ad formam Chaldaicam, pro **רָאֵת**, vel **רָאֹת**.

**רָאָמֹות** alte; Prov. 24. 7. cum Epenthesi נ.

**רְבָה** multiplica; 9. 29. cum Səgol præter normam, pro **רְבָה** cum Tzere.

**רְבָוִתִים** due **רְבָוִתִים**; Psal. 68. 18. formam habet compositam ex plurali, & duali.

**רְבִבוֹת** contendisti; Job. 33. 33. cum Apharefi literæ characteristica Hiphil, pro **רְבִבוֹת**; a **רָוב**.

שׁ

**שׁוּרְרָא** tollere; Psal. 89. 10. cum apharefi literæ primæ radicalis pro **שׁוּרָא**. Huc refer Jerem. 42. 10. manendo pro **שׁוּרָב**:

**שׁוּבְבָּחַץ** perverit te, Jes. 47. 10. cum Səgol loco Tzere propter accentum ad penultimam retractum. **שׁוּבְנִי** reduc nos, Psal. 85. 5. Imperat. cum Jod redundante.

**שׁוּשָׁתִי** depredatus sum; Jes. 10. 13. Præterit. Pihel cum Cholem loco Chirek, & Dages pro **שׁוּשָׁתִי** a **שׁוּשָׁתָה**; aut habet formam compositam ex **שׁוּשָׁם**, & **שׁוּשָׁח**, quæ idem significant, ס in שׁ mutato: aut potius est ex forma Pohel.

שׁחרור

**עֲמַרְתָּנִי** exciderunt me; Psal. 88. 17. ultima radialis litera geminata est ad augendam significacionem: a **צְמַת**.

**צְזַקְקִין** effuderunt, Jes. 26. 16. cum Apharefi primæ radicalis a **צִקְקִין**.

כּ

**קָאָבֶן** surgit; Hos. 10. 14. cum Epenthesi קָאָבֶן pro **קָאָבֶן**.

קָם

**קָבְבָּה** maledictio; Num. 22. 11. Imperativ. a **קָבְבָּה** cum ה paragogico, ubi vocalis brevis, & Dages producta sunt in Kametz longum, pro **קָבְבָּה**.

**קָחָם** accepit eos; Hos. 11. 3. cum Apharefi primæ radicalis, pro **לְקָחָם**; huic simile **רָרָם** declinavit, pro יְרָם. Jud. 19. 11. & pro **קָחָה** Ezech. 17. 15.

**קָחָתִי** accipere; 2. Reg. 12. 9. cum Sceva prætermorem pro **קָחָתִי**.

**קָוִימֵי** vomite; Jer. 25. 27. Imperat. Kal a radice **קָוִים** cum Jod loco Aleph pro **קָאָבֶן**, sicut dicitur בָּאָבֶן: aut potius radix est **קָרָאנָה**, & tunc dicendum erat **אָבֶן**.

**קָרָאָנוֹתִי** vocate; Exod. 22. 20. cum duplici Apocope; primo ה, secundo Kametz pro **קָרָאָנוֹתִי**.

רָאָת

187 RUDIMENTA  
tem: **חִימָנֵן** **חַסְפֵּין** **Exod.** 5. 7.  
pro **תֹּסֶפֶן**.

תְּאַמְּנָה **nutrientur**, **Jes.** 60. 4. cum syncopa literæ  
ג, quæ per Dages non compensatur; pro **תְּאַמְּנָה** ;  
cui simile Ruth. 1. 13. **תְּעֻנָּה** **tardabit**.

תְּבֹאָה **veniat**; **Deuter.** 33. 16. cum duplice **ה**  
paragogico, & priori mutato in **ה**: unde **Job** 22.  
21. dicitur **תְּבֹאָה** **obveniet tibi**, cum **ה** paragogico  
mutato in **ה** propter affixum: quidam autem compo-  
sitam formam faciunt ex Præterito **בָּאָה**, & Futuro.

תְּבֹאָה. **תְּבֻשָׂוֹן** **quæretis**, **Jes.** 21. 12. cum Jod epenthe-  
ticō, seu potius pro **ה**, a **בָּעָה**: cui simile **Job** 19. 2.  
**תְּגַזּוֹן** **merore afficietis** pro **הָנִי** a radice **יִנְהָ**, & **Jes.**  
40. 25. **תְּרַמְּמוֹנִי** **assimilabitis me**, pro **דְּמָה** 2; **תְּרַמְּמוֹנִי**.

תְּהִימָּנָה **persistunt**; **Mich.** 2. 12. pro **תְּהִימָּנָה** ;  
Sceva in Sægol productum est, & Kametz propter  
accentum ad Sægol translatum corruptum est in Sce-  
va: a radice **הָבָט**.

תְּכַתָּ **addes**; **Proverb.** 30. 6. contractum est ad for-  
mam Quiescentium **ה** pro **תְּכַתָּ** a radice **סַבַּת**.

תְּחִזְקָיָה **cursitas**; **Jerem.** 2. 36. ex forma Chaldaica  
occultat primam radicalem **א** in Tzere, pro  
תְּאַוְלָה; **וְאַחֲרָה** **diligam**, **Proverb.** 8. 16. &  
moratus sum, **Genes.** 32. 4.

תְּחַשְּׁבִינִי

GRAMMAT. HEBR. 186  
**munera date**, **Job.** 6. 22. cum Chirek ante  
gutturalem Sceva composito notatam; a **שְׁחָרָה**.

qui procedit: **Eccles.** 10. 5. ad formam Qui-  
scentium tertia **ה** pro **שְׁחִיאָה**.

**tranquillus fui**: **Job.** 3. 36. a **שְׁלָחָה**, tertia  
radicali **ה** in **ו** commutata, pro **שְׁלִיחָה**.

**desolare**; **Ezech.** 36. 3. Infinit. Kal a radice  
**שְׁמָתָה** forma petita a Quiescentibus tertia **ה**:

**diffusi sunt**; **Psal.** 73. 2. cum **ה** loco **ו**.

**depredabor tē**. **Ezech.** 32. 2. **ה** radicale  
mutatum est in **א** pro **שְׁשִׁיתִיךְ**; a **שְׁשָׁה**.

**posuit mibi**; **Genes.** 4. 25. cum Kametz  
longo ante Makaph præter morem.

**שְׁוֹתָה** **posuerunt**; **Psal.** 49. 15. vocalis longa conver-  
sa est in Pathach, & Dages, pro **שְׁוֹתָה** a **שְׁרָתָה** ;  
aut forma assumpta est a Deficientibus secunda;  
quasi a **שְׁתָתָה**.

ת

תְּבָאָה **acquiesces**, **Proverb.** 1. 10. ubi prima radicalis  
**א** est abjecta, & tertia **ה** in **א** mutata, pro **תְּבָאָה** .  
**תְּאַכְּלָה** **comedet eum**; **Job.** 20. 26. transpositis  
punctis pro **תְּאַכְּלָה**.

**dexteram petetis**; **Jes.** 30. 21. cum **א** lo-  
co **ו** ab **וְיַמָּנָה**; dicendum enim erat **תְּאַמְּנָה**, aut sal-  
tem

R U D I M E N T A

189 תְּרִנְלָתְּ ; ast obstat accentus in penultima.  
אַזְוֹן *oblivisceris*; Deut. 32. 18. pro תְּנִשְׁרָה , vel  
תְּשֵׁתָה . Prima enim ג deficere solet in Futuro , a  
sic hinc תְּשֵׁה . Quidam radicem fingunt שִׁיה formæ  
dicitur תְּהִיה ; & sicut per apocopam accentu retracto dicitur תְּהִי ,  
dedisti תְּהִתָּה ; 2. Sam. 22. 41. deficit prima radi-  
calis כְּתִתְהָה pro כְּתִתְהָה quod rursus loco כְּתִתְהָה .

שְׁמַע חֲכָם וַיֹּסֶף לְכָה .

G R A M M A T . H E B R . 188

תְּחַשְׁבּוֹנִי reputent me ; Job. 19. 15. ubi est nota  
feminin. & terminatio Masculina , cui simile Ezech.  
37. 7. וְתִקְרַבְתָּ appropinquarunt .

תְּמִתְהָה deleteas ; Jezem. 18. 23. pro תְּמִתְהָה vocalibus  
transpositis ; ה autem mutatum est in Jod propter  
Chirek . Quidam vero putant esse Futurum Hiphil ;  
& Jod esse paragogicum additum formæ תְּמִתְהָה per  
apocopem ; a תְּמִתְהָה .

תְּמִנְנָה conficiuntur ; Psal. 64. 7. Cholem correpto in  
Sceva , & Dagles ejecto acceleranda pronuñcationis  
cauſa pro תְּמִנְנָה a תְּמִנְבָּה . Hebraeorum alii censem  
esse tertiam personam pro תְּמִנְמָוָה ad formam analo-  
gam , Mem in Nun commutato ; praesertim cum præ-  
cedat aliud Verbū tertia personā : alii , inter quos  
principius R. Salomon , volunt ה esse loco כ , ut  
sit תְּמִנְנָה abscondunt .

תְּעַבְּדָה coles ea ; Exod. 20. 5. pro תְּעַבְּדָה  
transibis ; Ruth. 2. 8. cum Surek loco Cho-  
lem ; cui simile תְּשִׁמְרָה custodiet eos , Proverb. 14. 3.  
תְּפִצְזִחְיָה dispersiones vestrae ; Jere. 25. 34. cum  
Chirek extra omnem regulam pro Tzere ante affixum  
כְּ .

תְּעַלְנָה tinnient ; Jerem. 19. 3. a לְלִלְתָּה pro תְּעַלְנָה ,  
quasi factum a גְּלִיל , quod non reperitur .

תְּרִנְלָתְּ affuefacio , Hos. 11. 3. Præterit. Hiphil cum  
ה pro ה . R. autem Moses vult esse Nomen cum af-  
fixa

<i>Cap. 17.</i>	61
<i>Cap. 18.</i>	63
<i>De Verbis Quiescentibus prima radicali Jod.</i>	
<i>Cap. 19.</i>	<i>ibidem.</i>
<i>Cap. 20.</i>	66
<i>Cap. 21.</i>	68
<i>De Verbis Quiescentibus secunda radicali. Cap.</i>	
<i>22.</i>	<i>ibidem.</i>
<i>Cap. 23.</i>	72
<i>Cap. 24.</i>	73
<i>Cap. 25.</i>	76
<i>De Verbis Quiescentibus ultima radicali N.</i>	
<i>Cap. 26.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Cap. 27.</i>	79
<i>Cap. 28.</i>	80
<i>Cap. 29.</i>	82
<i>De Quiescentibus tertia radicali ֤. Cap. 30.</i>	
<i>ibid.</i>	
<i>Cap. 31.</i>	86
<i>Cap. 32.</i>	88
<i>Cap. 33.</i>	90
<i>De Verbis dupliciter Imperfektis. Cap. 34.</i>	92
<i>De Verborum affixis. Cap. 35.</i>	106

### SECUNDÆ PARTIS.

<i>De Nominum Constructione. Cap. 1.</i>	116
<i>De Syntaxi Pronominum cum Nominibus. Cap.</i>	
<i>2.</i>	121
<i>De Verborum Syntaxi. Cap. 3.</i>	124
<i>N</i>	
<i>De</i>	

# INDEX CAPITUM

### PRIMÆ PARTIS.

<i>D</i> E Litevis. <i>Cap. 1.</i>	<i>pag. 1</i>
<i>De Punctis, seu Vocalibus. Cap. 2.</i>	5
<i>De Daghes, &amp; Mappik. Cap. 3.</i>	9
<i>De differentia Kametz brevis, sive Kametz Chatuph a Kametz longo, &amp; a Cateph Kametz. Cap. 4.</i>	14
<i>De Accentibus, eorumque usu, potestate, &amp; numero. Cap. 5.</i>	15
<i>De Nomine. Cap. 6.</i>	20
<i>De Pronomine. Cap. 7.</i>	27
<i>De Verbo. Cap. 8.</i>	36
<i>De Verborum Perfectorum Conjugationibus, ac prima eorum Kal. Cap. 9.</i>	40
<i>De secunda Conjugatione Pibel, &amp; ejus Passiva Pubal. Cap. 10.</i>	44
<i>De tertia Conjugatione Hiphil, &amp; ejus Passiva Hophal. Cap. 11.</i>	47
<i>De quarta Conjugatione Hitpahel. Cap. 12.</i>	50
<i>De Verbis Imperfektis, &amp; primum de Deficientibus prima radicali ׁ. Cap. 13.</i>	52
<i>&amp; Cap. 14.</i>	55
<i>De Deficientibus secunda litera radicali. Cap.</i>	
<i>15.</i>	57
<i>Cap. 16.</i>	60
	<i>cap.</i>

## JOSEPHI PASINI

## ORATIO

Ad S. Scripturam, &amp; Linguas Orientales,

HABITA TAURINI,

Cum publica Studia instaurarentur

ANNO MDCCXX.

*Quæ ex alienis linguis veniunt, ab earum  
linguarum hominibus querenda esse.*

Aug. de doctr. Chr. lib. 2. c. 14.

**P**N tam frequenti Sapientissimorum hominum conventu verba facturum duæ res potissimum multis de caussis, iisdemque gravissimis me commovent; ingenii infirmitas, & oneris impositi magnitudo; quarum utraque ut ubique infesta est; ita me hoc in loco præsertim angit, atque perturbat, in quo nihil omnino latere potest, judiciumque declinare. Video enim huc florem Italiam, Italiam dico? Europæ totius confluxisse; video celeberrimas orbis terrarum Academias magnam sui partem in hanc urbem misisse; novum video studiorum institutum Regis Munificentissimi splendore, & sapientia dignissimum; viros denique video omni eruditioñis, & scientiæ genere ornatissimos, quos cum tradita literis monumenta apud exteris, & barbaras etiam gentes commendant; tum universa litteraria Respublica tanquam patronos, & principes colit, ac veretur. Neque vero tantopere querendum videtur, hæc summa in illis esse, si in nobis essent saltem

N 2 me-

- |  |     |
|--|-----|
| De Syntaxi Verbi substantivi היה Cap. 4.   | 131 |
| De Syntaxi Verbi Infiniti. Cap. 5.   | 132 |
| De Syntaxi Adverbiorum. Cap. 6.  | 135 |
| De prepositionibus בְּלֹכַת, bachlam, & literis paragogicis אֲחִין, evehin. Cap. 7.                            | 136 |
| De Conjunctionibus וְ וְאַנְיָה. Cap. 8.   | 138 |
| De Prosodia Metrica Hebreorum. pag.  | 138 |
| Catalogus, & per brevis explicatio vocum fere omnium, quarum forma, & flexio in Bibliis Hebraicis est anomala. | 145 |

JO-

guarum genera perdiscenda? singulæ cum veteres, tum recentiores excludendæ interpretationes? Hoc quidem immensi, atque adeo inutilis laboris opus esset; & rem per semet obscuram crassioribus tenebris accumulate. Quid igitur? scilicet, nisi fallor, in recto studiorum ordine, tanquam in cardine, tota res vertitur, quem si probe statim instituas, certa deinceps sponte sua feliciter consequuntur. Igitur ita statuo, Divi Augustini monitum ante oculos perpetuo habendum esse, ut quæ ex alienis linguis veniunt, ab eorum linguarum hominibus queramus; hoc est, ad autographos Codices statim contendamus, eosque unos Interpretes adhibeamus, quorum ope, & auxilio non quidem inanes controversiæ disceptentur, sed autographi ipsi probe intelligantur. Id cūjusmodi sit, paucis habete, & pro vestra humanitate diligenter attendite.

Qui ad linguarum ignorationem, in qua primis temporibus universa pœne versabatur Ecclesia, animo paulisper se referat, ei nihil mirum videbitur, tam paucos ex tanto Scriptorum numero fuisse, qui in sacris literis operam suam rite, recteque navaverint. Hebræos enim oderant fere omnes, atque ex inveterato in ipsam gentem Diis, hominibusque invisam odio, Hebraicos quoque Codices, unde in Ecclesiam omnis emanaverat veritas, odisse, abjicere, & palam insectari cœperunt. Cumque Judæorum percusstationibus, quibus arête premebantur, se facere satis non posse intelligerent, ad allegorias, ad reconditos sensus, ad confirmanda nascentis Ecclesiæ mysteria se contulerunt, ut callidam eorum in expoundendis Scripturis peritiam novæ religionis tradendæ simulatione honeste subterfugeren. Duo tantum fuerunt ex antiquis Patribus Origenes, & Hieronymus, præclarissima Ecclesiæ lumina, qui veritate Hebraica e gremio Synagogæ abrepta, omnem rem sacram nobis restituere; aberrantia hominum ingenia in rectum tramitem traduxerunt, iisque contra insul-

mediocria. Verum ita res sese habet, ut ego, qui neque usu satis, & ingenio parum possum, tenuis plane, ac obscurus cum disertissimis revera hujuscæ ætatis, & celeberrimis hominibus comparer, & simplices, ac rudes Orientis Musæ, quibus nullæ opes, nullæ facultates, exiguae faventium copiæ sunt, cum Tullio, Demosthene, Aristotele, Platone, Justiniano, aliisque gratiosissimis hominibus contendant. Cum vero illud animo attentius perpendo, ex tot, tantisque Sacrarum Scripturarum Interpretibus vix unum, aut alterum fuisse, qui a quamplurimis difficultibus, quæ in iis explicandis occurront, bene feliciterque sese expedierit; fere autem omnes cum in principiis, tam in conclusionibus ex iisdem deducuntur quam maxime inter se dissentire, ita provinciæ demandata mole labore, ut poene succumbam, & quid vobis in tanta virium mearum tenuitate spondendum sit, omnino ignorem. Alii enim alio sacra divini Spiritus eloquia vertunt, ac detorquent. Hic Græcos, ille Syriacos, nonnulli Hebraicos, plerique Latinos sequuntur codices. Romani Augustini, Hieronymi, Ambrosii, Theodoreti, Cassiodori, Marianæ, Bellarmini commentariis student; Heterodoxi Munsteri, Oecolampadii, Zuinglii, Lutheri, Calvini explanationes amplectuntur. Illi cum litteris traditam a Patribus, & Ecclesia doctrinam conjungunt; isti, omni rejecta doctrina, unis adhaerent litteris. Ex prioribus alius allegorias amat, alius eruditiores affectat, alius Theologica, & Philosophica perquirit, & magno se judice quisque tuetur; ex posterioribus alii ex Theodotione, Symmacho, Aquila, alii ex Masorethis, & plerique omnes ex ingenio suo interpretationes confictas populo venditant. Cum tanta sint in varietate, & dissensione constituti præcipui doctores, quid consilii capendum? quem texum consulas? cui ex Interpretibus des operam? Comparanda ne undique gentium magna librorum capia? depopulanda ne omnes Bibliothecæ? omnia lin-

reque Latinis vocibus exprimat, ut eandem verborum, sententiarumque vim, & rationem ubique servet, & Prophetarum mentem, quæ verbis ipsis impressa latet, nobis prorsus aperiat? Cujusque enim sermonis elegantia, tropi, figuræ propria sunt, modo syllabarum sono, modo vocationis ambiguitate, modo ipsa verborum positione formata, ut propterea quæ bene, copiose, ornataeque in una lingua dicta sunt, in alia suis verbis, suoque ornato spoliata suam quoque naturam exuant necesse sit. Hebraicus autem, ut est apud Chrysostomum, nescio quid Divine flagrantiae, nescio quid spirat suum, ac genuinum, quod in aliam dictionem nisi frigide duci nequit. Id si firmum, ratumque sit, quis non videt Hebraica autographa, unde exempla reliqua profluxerunt, ad Latinas exhedras necessario esse afferenda, ut cæcos illos scopulos, in quos sæpe Interpretes offenderunt, tuto, cauteque devitemus?

Age vero tu, qui Hebraica studia adeo contemnis, & vernaculae interpretationes tantopere amas, & commendas, quid sentis de inusitata illa, & insolenti apud LXX præpositionum, & particularium constructione ἀπὸ, ἐν, ἀσ, ὑπὲρ, ὅπ, ὡς, ἀλλὰ? quid de peregrinis, & Græcis Scriptoribus ignotis vocabulis ιαμέν, Νονιδ, χαρπαθά, χάσυ, θῶ? Quid de nova, & inaudita vocationis significacione δωρεά in Psal. 35. n. 7. θυμός in cap. Deut. 32. n. 33. & ἀρότρο, καὶ ἀντανακλάτος Gen. 1. n. 2. quæ damnatam antiquorum de Chaos sententiam confirmare videntur? Quo te Lexicographo, quo Græco præceptore expediens? Quid cum te de vocibus סלה, חניניכם, פליס, דוריים percunctabimur? Nihil horum profecto facile capies, nisi ab Hebreis, Arabibus, Syris, Chaldaëisque auxilium petas. Jam vero satis ne tibi opis putas ex Latinis exemplaribus, ut certo judicare possis, num legendum sit in capite Isaiae 40. malitia, an militia? Proverb. 24. lassus, an lapsus?

tantes Judæos arma tradiderunt. Eorum tamen opera obrectatorum calumniis, & inertia sæpe improbata est, fato quodam rerum optimarum, quæ adversario carere nequeunt. Sed cum veritas diu latere non possit, & per se ipsa, veluti Sol ex nubibus, emergat, tandem aliquando ipse quoque Augustinus, & Rufinus Antistes cum Hebraicis literis, tum earum cultori Hieronymo conciliati fate ri non dubitarunt, nullam ab eo suscipi posse re clam Scripturarum interpretationem, cui ad purissimos fontes & Hebraicos, & Græcos aditus non patet.

Et quidem, ut rem a suo principio repetamus, docti, & sapientis Interpretis munus est, eorum omnium, quæ de una in aliam linguam vertit, distinctam, exactamque reddere rationem, varias vocationis notiones exponere, vim sententiarum, & emphasis ostendere, orationis ordinem, nexum, & figuræ patescere, suam aliorum cum interpretationibus comparare, earumque differentias introspicere, & causas penitus cognoscere. Loquor enim de Interpreti, qui ad docendum vocatus sit, & Sacras Literas impigræ juventuti proponat, quem ita cum vulgo torpere, ut nihil in scholas afferat, nisi communem aliquam, & omnibus obviam interpretationem, cum miserum est, tum vero in tanta ceterorum studiorum felicitate minime ferendum. Quis autem Palæstinum dicendi genus a Latina oratione, supra quam dici, & excogitari potest, diversum, ita plane mihi reddiderit, ut nihil præterea postulandum videatur, cum ne ipse quidem Græcus, Syriacus, & Arabicus sermo, qui tamen ab Hebraico multo proprius distat, vim omnem sacrorum Bibliorum capere potuerit? Quis brevitatem Hebraicam, quis simplicem illum orationis stylum, quo sacra admodum delectantur Musæ, quis auxilium, tapinosim, hypallagen, paronomasiæ, onomatopejam, ellipsim, paragogem, quæ passim occurunt, ita dilucide, cla-

ro, quod de Hæreticis Marcionitis veteres tradiderunt Patres, eos ex unius particulæ autem detractio-ne in quibusdam Græcis, Latinisque exemplaribus ex cap. 3. D. Lucæ occasionem, caussamque atripiuisse ad abjudicanda eidem Lucæ duo præcedentia Capita, in quibus Christi Domini ortus, & pueritia describitur. Quid quod prava unius conjunctionis & expositiō sacerdotium Regi abstulit Melchisedeko? ut נָשָׁקְנָאֵרָלְעַמָּה, נְשָׁקָן, כָּאֵרִי, לְשָׁנָל, aliasque prope innumeras voculas præteream, ex quibus malitiosius assumptis Trinitatis mysterium, æternam Christi generationem, mortem, & resurrectionem impie Iudæi negarunt. Nihil ne igitur grave ad disputationem nobis suppeditant literæ Hebraicæ?

Audio nonnullos, qui Hebraicos Codices tum ipsa vetustate exefos, tum multorum audacia corruptos clamitant: quorum vetus calumnia cum a multis jam retusa fuerit, atque in primis a D. Hieronymo, qui ubique in suis scriptis veritatem Hebraicam appellat, ne vestra nimium abuti A. A. patientia videar, supercedendum censeo: eorumque potius obrectationibus occurrentum, qui nihil certi ex incerta, & multiplici Hebraicarum dictiōnū significatiōne colligi posse autumant. Quibus primum hoc præcipiendum videtur, ut caveant, ne Heterodoxis auxilia ferant, quibus depravatas suas Scripturas acrius defendant. Ambiguam enim quam maxime, vagam, & late patentem, ac quidvis quolibet loco docere, vel non docere paratam esse Scripturam volunt, sive ut ad suas interpretationes, tanquam sola Oracula rectum quid edentia, obsequentissime audiendas populum adigant, sive ut damnari per sacram Scripturam impia eorum dogmata non pateat. Qua ratione Simonius potissimum ingenio suo abusus est, aliquis ab ipso facti acutiores, & audaciores omnem lapidem cum eodem movent, omnia repagula revelunt, ut Hebraicæ linguæ tum significatio in vocibus,

tum

Genes. 2. ipsa, an ipsum? in Psal. 41. fontium, an for-tium? Si enim Latinis exemplaribus adhibenda est fides, cedo quibus? Sin autem veritas altius est re-petenda, cur non ad Hebraicam, Syriacam, Chaldaicam, & Græcam originem revertentes, ea, que vel a vitiosis Interpretibus male edita, vel ab imperitis emendata perversius, vel a scribis dormitantibus aut addita sunt, aut ablata, aut mutata, corrigimus?

At hæc omnia, inquies, luculenter, & diserte a multis explicantur. En tibi Bellarminum, Pagninum, Lyranum, Vatablum, Lorinum, Drusium, Fagium, illum etiam ipsum Divinarum Scripturarum Interpretem, omnium ætatum, omnisque memorie doctissimum D. Hieronymum. Edissere mihi, sodes, unam, aut alteram horum expositionem. Quid cunctaris? quid animi pendes? Hebraica sunt, Græca, Syriaca, Chaldaica: obsoleverunt. Ita ne? Agelis, jam Latina proxime sequitur interpretatio. At interpretatio ista nimis autographo hæret; non prorsus assequor. Quid est ergo, quod eo illo suggerio doceas, teque mihi Scripturæ professorem magnifice jaetes, quine Interpretum quidem Latinorum commentarios, utcunque res sit, intelligere potes? At enim hæc minuta sunt, & magnis contentionibus non valde digna. Istuc mehercule dementia, & temeritatis delapsi sunt Hebraicæ eruditio[n]is osores, ut quidquam in re tanti momenti minutum esse arbitrentur, & optima quæque contemnere malint, quam discere. Nos autem ab antiquis Sapientibus Rabbinis accepimus זֶן

בְּחֹורָה אֲפִילּוּ אָוֹת אֲחֹת שָׁאַנְן֙ דְּרוּרִים בְּהִ  
nullam in sacris Bibliis esse vocem, nullam dictio-nem, ex qua varijs sensus, varijs interpretationes, varia mysteria elici non possint. Multa in hanc rem afferri possent, multisque exemplis ostendere in promptu esset, quam longe a Prophetarum mente aberraverint viri ceteroquin doctissimi, quod hæc suis ingenii minora putaverint. Illud tantum adse-

ro,

nem unum reperies, quem nimium vel Græcæ, vel Latinæ, vel suæ interpretationis studium in fœdissimos errores non rapuerit: Syriacum ipsum, & Arabicum Paraphras tem, Hebræos homines, vel literarum similitudine, vel crassa Bibliorum Hebraicorum incuria turpiter lapsos fuisse animadverto, quorum alter novum populi genus *Gelitas* in cap. Genes. 14. sibi confixit; & novam urbem *Oram* in Palæstina regionibus ingenio suo extruxit; alter פְּלִילִים Gen-

Jos. 3. tum idola reddidit Palæstinam; & גָּלָל Græcis, Jude 3. Latinisque oppidi nomen transtulit *preputios*: quibus quid puridius? quid absurdius? Apage ergo te in vulgus cum tuis explanatoribus, qui turbidas, & lutulentas bibunt aquas, nobisque noli purissimos fontes invidere.

Jos. 5. Sed amicus agamus; & quoniam ad Interpretes caussam omnem deferri postulas, esto. Quem autem ex omnibus tibi sequendum proponis? Sane de toto hoc Interpretum genere, quam longe, lateque patet, cum difficillimum verba facere, tum multo difficultius fetre judicium. Aliis enim alia placet, probaturque expositionis ratio. Sunt qui ornatum amant, & Rheticum dicendi stylum, sacraeque conjunctam Romanam, Græcamque eruditio nem. Humilem alii, & pedestrem spectant locutionem. Plerique Theologica, Physica, Moralia persequuntur; quosdam suaviter tenet simplex rerum gestarum narratio; multi allegorias, & reconditos sensus inquirunt: nonnulli tandem orationis contextum, verborum significaciones, sententiarum pondus, Prophetarum mentem tantummodo examinant, & exponunt. Ex his omnibus nulli non probandi, modo mediocritatem, quæ in rebus omnibus commendatur, servent. Nolo enim in scholas afferri ingentia Rabbini Isaaci commentaria, qui bina volumina, eaque immania in Caput primum Geneseos conscripsit. Nolo productas, & nimium molestas Filipeau perlegi expositiones in qua-

tuor

tum Grammatica in regulis quam laxissimâ sit. Deinde libenter illos interrogarem, utrum ex ingenti Latinæ, Græcaeque lingua copia, & varia, & antiqui multorum verborum potestate quidquam minus certi, & explorati in orationibus Tullii habeatur, in Iliade Homeri, in Historia T. Livii, in carminibus Virgilii, ut propterea ad vernaculaos interpretes necessario confugiendum sit, quorum tamen sermo eodem ambiguitatis morbo laborat? Ridicula mehercule hæc sunt, & suis auctoribus digna.

Verum enimvero dijudicent illi mihi sine ulla Hebraici sermonis ope multas interpretationum differentias, earumque ineant, reddantque rationem; suas vel a falsis vindicent, vel cum optimis conferrant, & interpretis lapsus a scribarum erroribus secernant. Neque enim satis accusatori feceris, si dixeris, ego sic teneo, istud sequor, huic assentior, nisi & tuam confirmare, & alterius convellere sententiam linguarn veritate possis, atque inde contradicenti os occludere valeas. Morinus Græcos Sapientes adeo mordicus tuetur, ac defendit, ut eos vates, & prophetas appelle, neque ulla in re a veritatis tramite declinasse concedat. Eugubinus contra inscitias, fraudis, corruptionis, ac tantum non sacrilegii eos insimulat. Est qui Romanam editionem Scripturam falsam, barbaram, depravatam, & a veritate Hebraica quam longissime abhorrentem arguat, & abjiciat: aliis, qui tantam illi fidem, & auctoritatem tribuat, ut nullam aliam Ecclesiæ desiderandam censeat. Sanctem Pagninum corrigit Vatablus. Oecolampodium, & Zuinglium tanquam incautos reprehendit Lutherus. Munstero fœdam sermonis barbariem objicit Pellicanus. Caftalionius denique omnes explodit interpres. Qui igitur vel nimis superstitiosum, vel nimis temerarium judicem reprimas, qui illi, ubi erratum sit, ex primis linguis, quibus divina verba primum tradita sunt, ostendere nequeas? Si ad explanatores iterum appellas, neminem

bus se, suaque monumenta eruditis hominibus non parum commendaverint. Ex hoc numero in primis fuit Hieronymus omnium Interpretum facile princeps, qui Barabbanum quemdam Judæum magno labore, & pretio audit præceptorem. Ex hoc Galatinus, Lyra, Burgensis, Masius, Serrarius, Ribera, viri Hebraicæ eruditionis copia commendatissimi. Ex hoc denique illi omnes, qui in sacris Biblis intelligere, & sapere plus quam ceteri videntur. Etenim cum explicandis Latinis, vel Græcis Scriptoribus Latini, Græcique Grammatici adhibeantur, cur in Scripturæ interpretatione, quæ Hebraico sermone primum scripta est, alio, quam Hebræo homine, ut malis? Forsterus profecto Rabbinorum commentaria deditnatus tyronum risui se non exposuisset in suo Lexico Hebraico, cum **לילה** vocem paragogicam sèpius in forma feminina reperiri scribat; nec adeo violenter **אֶבֶן קָרְלַה יְקָרָה** a deduxisset, & **בְּנֵה אֶבֶן**, cuius etiam significationem plane novam, sibi uniuersitatem, perperam comminiscitur. Si hac ratione cum Forsteri nominum radices, & significationes fingere liceat, reddat mihi minam, qui me Hebraicam docuit Grammaticam.

Nec est quod objicias, Rabbinos fallacibus, & captiosis interpretationibus Divina eloquia sèpius detorquere, nugari, ineptire, ut præclarissima Prophetarum testimonia, quæ suismet ipsis oculis vident, de Christi Domini adventu, & Novæ Legis promulgatione obscurent. Nam quamplurima ad Christianæ Fidei dogmata confirmanda Hebræorum monumenta proferre possem. Rabbi Moses Nachmanides prosperitatem, exaltationem, fortitudinem, consilium, principatum ab Isaia commemorata Filii e **מִלְחָמָה** geniti ad ventrum Messiam refert. De Messia quoque celebre illud Jacobi vaticinium in cap. Genes. 49. interpretatur Onkelos Chaldaicus Paraphrastes; & de eodem Psalmum

tùd' prima Oœæ capita per quam magno vultu tunc comprehensas, in quibus tam multa verba facit de uno nomine Prophetæ **Beer**, ut Etymologis, Grammaticisque notationibus ex Sanctis Patribus, & Rabbinis temere collectis plures referserit paginas. Nec jejunam Strabi, sterilem, & perbreverem **glossam** proferri volo. Peterium iis, qui polemicas dissertationes amant, lubenter concedo. Multa de l' Haye volumina Bibliothecarum pluteos occupent. Oleastrum ad etymologos remitto. Tostatus utinam non longe allucubi digrederebatur; Titelmannus vero sibi constaret. Bellarminus cautus, sapiens, acutus, vehemens, & in Hebraicis aliquanto doctior. Genebrardum, Steuchum, Maluendam, Riberam, Serrarium, Bonferrum, Tirinum, Marianam tuto legere potes. Criticos sacros præ manibus habero, in quibus tamen adverte pleraque indigesta esse, confusa, repetita, obscura, redundantia, & in odium Romanæ Ecclesiæ traducta. Augustinus vero Calmetus universa, quæ ad hanc rem spectant, docte, erudite, & prudenter collegit. Sed ad Hebræos pergamus, quorum causa nostra hæc instituta est oratio. Et cum Hebræos ajo, tum Masorethas, & Talmudicos, tum Rabbinos antiquos, & recentiores intelligo, **מורשִׁים** non modo, sed **פָרוֹשִׁים** etiam comprehendendo. Ego vero is non sum, ut horum in universum patrocinium in me suscipere aut possim, aut velim. Novi equidem quamplurimos, qui hisce, quæ de Hebraicæ lingue usu, & utilitate haec tenus a nobis commemorata sunt, haud gravate assentiunt, nec tamen Hebræorum scripta tanti facienda esse concedunt: stolida esse, inquietum, putida, & inepta, nihilque habere præter nugas, & commenta risu potius, sibilisque excipienda. Verum ego etiamsi modice admodum in eorum lectione versatus sim, multa tamen in eis adeo utilia deprehendo, ut me suscepti laboris pœnitere nequeat. Etiam illud scio, qui penitus in Hebræorum adyta ingressi sunt, eos inde multa protulisse, quibus

me his studiis magnopere delectari. Atque adeo hoc mihi concedendum est magis, quod ex his Hebraica quoque, Chaldaica, & Syriaca crescit oratio, & facultas, quæ et si in me levior est, illa quidem, quæ summa sunt, ex quo fonte exhaustam, omnino sentio. Quis enim Aben Esra, Jarki, Abarbanele sapientior? quis purior, quis elegantior, quis facundior Elia Levita? quis diligentius Grammatica tradidit Davide Kimchi? Quid pulchrior, quid perfectius, quid ad veri investigationem accommodatius **כורה נבוכיס** Maimonidis? Quæ cum ita sint, quid est, quod de donandis vestra civitate Hebræis Scriptoribus, Auditores, adhuc dubitetis? Ego quidem sic intelligo, cum tanta ad Sacras Literas proficendas lingua Hebraica sit necessitas, tantusque ex Rabbinorum commentariis existat fructus, etiamsi omnes omnium auctoritates repugnarent, nihilo tamen minus ad præclarissimam hanc laudem contendendum esse. Hoc enim interpretandi genus si diligenter, si docte, si copiose, si enucleate nostris temporibus nonnulli prosequuntur fuerint, cum hac in re nihil præterea Romana Ecclesia desiderare, tum nullam excusationem miseri illi, perditique homines suorum errorum afferre poterunt, in quibus obstinatissimi persistunt. Certe hæc omnia a nobis præstentur oportet, & quia volumus, & quia jussi sumus. Sed quia intelligo, quam grave sit hoc homini tam infirmo, in eorum fidem, & benevolentiam, qui me audient, confusio, ut qui nostrum hoc interpretationis institutum amant, labores nostros qualescumque benigne excipiunt; qui vero minus probant, faltem non contemnant. Illud quidem omni animi contentione extinatur, ut omnes intelligent, me nec laboribus, nec vigilis parcere, ut suscepimus provinciae satisfaciam. Ceterum singulos, & universos rogo, obrestorque, ut si quam mihi operam in re tam difficulti navare possunt, eam nolint publico bono invidere, ut consociatis simul viribus germanam Sacrarum Scripturarum.

דברותנו רשו את הענין  
מוך 2. exponit R. Salomon; על מלך המשיח  
ובן אמר ابن,&Psalm. 118. כי יצא לו מישיח בן רוד  
מאטו הבונים; & hujus generis infinita afferri possent. Quod si quid est in eorum scriptis, quod pias legentium aures offendat, quod commenta, & fabulas redoleat, de iis prudens, & cautus dijudicet Lector, & mala a bonis secerat. Neque enim volo universa nullo habito delectu inde excerpti: ea tantum, quæ ad rem Grammaticam, ad Judæorum ritus, consuetudines, & historiam spectant, depræmenda contendo: antiquorum Patrum proverbia diligenter, & ad literam explicata, quæ cum in Veteri, tum in Novo Testamento se offerunt, ex iis percipias suadeo; sententias colligas; pronunciata dilucides; aucta, concisa, abrupta, translata explices; & si lubet, eorum etiam fraudem, & nequitiam armis ex ipsorum manibus abreptis contundere discas. Quæ omnia sine Rabbinorum ope nullo modo præstari posse, quis non videt? Cum autem Scripturarum Interpreti prototypa exemplaria per quam necessario consulenda esse; a nobis in superioribus ostensum sit, non est, quod pluribus verbis nunc doceam, quantum ad hanc rem conferat adjumenti celebris illa, & admiranda, quæ *Masora* appellatur, antiquorum Judæorum doctrina. Hæc enim una nobis Biblica volumina in magnō Scripturarum naufragio sarta testa servavit, æternumque servatura est: hæc depravatos Hæreticorum codices accusat, & damnat: hæc Romanæ Ecclesiæ Scriptoram propugnat: hæc furtim illata explodit, ablatâ restituit, corrupta corrigit, **המסורה**, ut illud Synagogæ nostris quoque hominibus probatum usurpet, **סיג לזרה**, An existimatis, Auditores, fieri posse, ut certi quidquam in tanta interpretationum varietate dicamus, nisi animos nostros hac Masorethica doctrina excolamus? Ego vero fateor, me

rum interpretationem assequamur . Reliquum nunc  
est , ut incredibilem animi lætitiam , qua afficior ex  
hoc tam honorifico munere , omnibus patefaciam .  
Nescio quid enim singulare , ac eximium fortunis  
meis accessisse video , quod ne voto quidem a Diis  
immortalibus optassem . Idque totum clementia tua  
debeo , Amedee Regum optime , Italæ vindex , ac  
patrone . Ac res tua præclare gestæ celerabuntur  
illæ quidem nostris non solum , sed omnium pœne  
gentium literis , & linguis ; nec ulla unquam artas  
de animi tui pietate , fortitudine , consilio , religio-  
ne , magnanimitate , sapientia , tuisque reliquis laudi-  
bus , quæ summæ sunt , conticescat . Sed hoc affirmo ,  
& pace dicam tua , nullam in his esse laudem am-  
pliorem ea , quam hoc tempore es consecutus . Am-  
plissima enim hæc literarum institutio , & disciplina ,  
insignis hæc , ac regalis munificentia , qua earum  
cultores vocas , & excipis ; præcipue vero tutum hoc ,  
& sacrosanctum , quod peregrinis , extorribus , & de-  
sertis Palestinæ Musis sponte , & liberaliter præbes  
perfugium , totum hoc , quod certe maximum est ,  
totum est , inquam , tuum . Reliqua animi ornamen-  
ta tibi cum majoribus tuis communia sunt . At ve-  
ro hujus gloriæ socium habes neminem . Quod autem  
extam multis , qui hac ætate Romana , Græca , &  
Hebraica eruditione præstant , sapientissimis viris , ad  
Sacras Literas tradendas me tenuem , & obscurum  
hominem potissimum advocaris , pro certo habe , me  
tanti beneficii memoriam sancte , religioseque tota  
vita servaturum , qua , ut spero , fiet , ut vires meas  
tam exiles aliquando superem , tuæque voluntati do-  
cendo , scribendoque respondeam .

F I N I S.